



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Dolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ter castigat discipulum: quia solum leu
castigatio est ei permilla. Et, si discipulo
fuerit clericus, magister erit excommuni-
tus. Secus, si percutiat sine ira, odio, vel ma-
tia, aut percussio sit moderata, & ratione cor-
rectionis, & castigatus non habeat ordinem
sacrum. cap. 2 §. num. 58. §. 7. & cap. 27. nu. 81.

Peccat etiam m. magister, qui discipulo
simpliciores contemnit eo contemptu, qui
notabile damnum honoris, aut bonorum
illis ex iustitia legali debitorum inferatur.
cap. 2 §. num. 58.

D O L U S.

- A** **D**O L U S est machinatio seu circumuentio
adhibita ad decipiendum alium. ca. 17. n. 177.
Differtque à fraude in hoc quòd dolo
comprehendit circumuentionem verbo tan-
tum, vel facto tantum, vel utroque modo
factam: Fraus autem eam que tantum facto
Ita quòd fraus inest dolo tamquam speciei
suo generi. c. 23. n. 77. Quamquam dolo
fit verbis tantum, potest etiam vocari fallaci-
cia. cap. 17. num. 177. Tamen omnes sub no-
mine doli comprehenduntur. c. 23. num. 77.
- B** Dolus est duplex, verus & præsumptus.
Verus dicitur, quando signa sunt manifesta
præsumptus verò, quando nō sunt talia. l. 1. §. 1.
Nihil

Nihilominus dolus non potest probari, nisi per confessionem partis, vel coniecturas quoad forum exterius. cap. 17. num. 177.

Dolus & fraus ita insciunt quemlibet contractum, quantumvis licitum, vt sit irritus, vel irritandus. ca. 19. n. 13. No. c. 20. num. 13.

Dolus verus sæpenumero apud iuris peritos vocatur culpa latissima, & præsumptus culpa latior. Vnde qui reliquit noctu librum sibi comodatum in loco furibus frequetato, & perditus est, dicitur id dolo vero, & culpa latissima fecisse, scilicet, eo fine, vt liber perderetur: Quod si interdiu reliquit illum in tali loco publico, & perditus est, dicitur dolo præsumpto, & culpa latiori ibi illum reliquisse. cap. 17. num. 177.

Veruntamen posset fieri, vt coram Deo D utrumque casu fecisset sine vilo dolo: aut posterior fuisset dolo factus, & primus non. Vnde frequenter fit, vt qui in foro conscientie, & coram Deo caret dolo, præsumatur de eo in foro exteriori. num. 177. 178.

Omnis dolus & fraus est culpa. Vnde qui promisit indemnitate alicui, de culpa commissa per famulum, tenetur de furto, aut damno ab eo dolose admissio. num. 178.

Dolus differt à culpa: nam dolus fit scienter, & studiosè, culpa verò ignoranter, vel negligenter. num. 178.

N 3

Hinc

Hinc est quòd quaelibet ignorantia etiam crassa excuset à dolo, nō tamen à culpa simplici. cap. 27. num. 141.

Pactum quod fit ut depositarius non teneatur de dolo, est illicitum & nullum. cap. 17. num. 181.

Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit. c. 17. n. 1. lit. E. in Nou. nu. 3. §. Non obstant.

Per dolum verò & fraudem peccat mortaliter qui in contractibus aut quasi contractibus afficit aliū damno notabili. c. 23. n. 77.

D O M I C I L I V M. Subiectio ratione domicilij maior est quàm ratione originis & beneficij. Beneficium autem requirens residentiam personalem, confert domicilium. c. 25. n. 111. §. 3. versiculo, principaliter dico.

D O M I N I V M.

- A** **I**LLUD dicitur dominium directum, quod habet is qui proprietatē rei habet sine vili fructu. Illud verò dicitur dominium vili quod habet is qui, sine proprietate, habet in fruēdi re perpetuò, vel pro sua vita, vel plus aut saltem pro decē annis. c. 17. n. 174. & 81.
- B** Lex non prohibet dominij translationem rei datæ alicui, ne maleficium faciat, sed tantum concedit conditionem. n. 34.